



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 84. Si lex vel præceptum non determinet tempus, quandonam impleri
debeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

procedendum : & hinc valet illud, *si fueris Roma, Romano vivito more; si fueris alibi, vivito sicut ibi.*

§. V. Si alicubi unicum sit horologium, com- 586
muniter bene regulatum, illo standum est: si autem
sint plura, stari potest singulis, quia singula sunt ve-
luti Auctor bonus faciens probabilitatem: si tamen
in uno horologio sit audita 12 & non in altero, ma-
net obligatio orandi, quia lex certa orandi est in
possessione, & excusatio ob præteritam: est dubia:
è contrà si tum adhuc biberis aut comederis, poteris
cras communicare, quia libertas tua est in possessio-
ne, & prohibitio dubia. Denique si sis in loco, ubi
nullum est horologium, & nescias, an sit tempus
mediæ noctis necne, si adsint probabiles conjecturæ
pro vel contra, hæc habent vim horologii; si tales con-
jecturæ absint, manet dubium, in quo utendum erit
communibus regulis. Vide dicenda l. 4. à n. 485. 486p

Q. 84. Si lex vel præceptum non determinet tem- 587
pus, quandoam impleri debeat R. Ubi dies non
apponitur, nec determinatur tempus, censendum est
obligationem esse pro præsentis, seu primo quoque
tempore, quo commodè impleri poterit, uti constat
ex Reg. 14. ff. de Reg. juris: nisi aliud colligatur ex
circumstantiis, quia aliàs posset quis semper in futu-
rum usque ad mortem suam differre impletionem,
& sic eludere legem vel præceptum: videri potest *du*
Bois, ad propos. ab Alex. VII. damnatas c. II. a 5,
ubi fufius id probat ex jure & ratione.

Q. 85. Si nova lex emanet, an firmet præterita. 588
R. Si emanet per viam declarationis, respicit & fir-
mat etiam præterita, uti rectè *Luce* de benef. d. 29.
n. 20. quia tantùm manifestat, quod antecederet
erat jam constitutum: è contrà si emanet per modum
dispositionis, tantùm respicit futura, eisque robur
affert, non autem præteritis.

X

Q. 86.